



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XXIII. Septembris. S. Gerardvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S** GERARDVS natione Venerus, Monachus S. Georgij Maioris, de licentia Abbatis Venetiis soluens iter Hierosolymitanum per Pannonias aggredi cœpit. Sed à S. Stephano Rege prædicationis causa retentus, in monasterio Beel agri Budensis, soli Mauro monacho cognitus, septem annorum spatio contemplationi rerum diuinarum vacauit. Inde à rege evocatus, A. C. MXXXVII. & sedi Canadinensi, quæ est ad littus Morisij fluminis, impositus, adeò strenuè officium sibi commissum executus est, vt multos tam verbo quam exemplo ab infidelitate, quæ adhuc detinebantur, ad fidei semitas adduxerit, & martyrij gloriam consecutus sit. Miro erga cæli Reginam ferebatur affectu. Ad eius aram thuribulum argenteum collocauit, duosq; prouectæ ætatis homines adhibuit, qui perpetuò vigilarent, ne vnquam thymiana odoramentumq; deficeret. Nihil vnquam denegauit, quod diuæ *MARIÆ* nomine peteretur. Eodem authore *DEIPARA* à Pannonibus *DOMINA* est semper appellata. Qui verò de intemerata virgine loquens *DOMINÆ* nomen tacuisset, ei ex Gerardi lege genua illicò flectenda erant, & corpus humi prosterendum. Iure igitur Pannonia à S. Stephano Rege suo, *Familia S. MARIÆ* dicta est. *GERARDO* tandem cum mors pro Christi nomine inferretur, illud memorabile fuit, quod primus Pannonum martyr protomartyris Stephani imitorem se præbuit. Cùm enim lapidibus opprimeretur, flexis in terragenibus contenta voce clamabat: *Domine IESU ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt.* Hæc precatus hastæ percussu obdormiuit in Domino. XXIV. Sep. A. C. MXLII. *Ex vita & variis Script.*

S. GER.

XXIII SEP



S. GERARDVS EPISC. MAR. ORD. S. BEN.  
Hic Hungarorum Apostolus, in S. stephani Regis. comit.  
animo tantam deuotionem erga B.V. MARIAM excitauit,  
ut non nisi DOMINA ab ipsis uocaretur, et perpetua  
Patrona electa sit. Martyrio coronatus est an: dcccxxiiii.  
sept.

IIIIT 2

R

XXVIII

R.